Quelle: https://manuscripta.at/?ID=86
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



hoc signo. Quia patiens post screatum neque
scit. neq; morbum sed deflegmate in pectore
existente. Suffic quantum disputauimus despu
to laudabili. et mediocri. Oportet nos itaq;
seq significationes coctionis materie. et hec
coctionis. Uicinitatis. et tarditatis crepantis
apostematis. Unde dicimus. Significatio coctionis
materie intelligitur ex rigore que patiuntur ex ri
gore infirmi eo in tempore: et duritia febris. dolore.
extensione membrorum quibus apostema. et uenarum.
ligamentorum. et cordarum. cum mebris ligatorum. Cau
sa rigoris est propter actum materie membra pungens
sensualia. Duritie eius febris est propter nature motio
nem. et sollicitationem. Quod natura cum mouetur
ad coquendam materiam. calefit sanguis. cuius
calor adcoruenit. et acorde cum uitali spiritu per
arterias ad totius corporis membra. Fortitudo doloris
et extensio membrorum fit propter materiam bullientem.
et cum coctionis uirtute calefacientem. Unde eliquatur
et augmentatur. et suum locum pro sua quantitate ex
tendit. ibique generat dolorem quasi separationis iunc
tam. His signis apparentibus pro certo coctionem
materie speramus. et uicinitatem complemento. Cumque
suam complet actionem. eius ebullitioni mitigatur

aeum